

modolibet committerentur, & quæ citationes huiusmodi in vim commissionum Apostolicarum, decretas vel decernendas, aut quavis alia mandata, seu rescripta Apostolica, iustitiam vel gratiam continentia, quo minus juxta illorum tenorem executioni demandentur, per se vel per alium, seu alios, directe, vel indirecte, quovis quæsito colore impedire aut impediri facere, seu clericis, ut Beneficia Ecclesiastica renuncient, aut juri in illis sibi competenti cedant, vel ut a prosecutione causarum, & jurium huiusmodi desistant, mandari facere præsumpserint, aut pro illis impediendis, & renunciandis, ad principes seu officiales seculares, publice vel occulte, per se, vel alium, quovis quæsito colore, recursum habuerint, causam perdant, & omne jus, tam in petitorio, quam possessorio, in re vel ad rem, de qua agitur, eis competens, eo ipso amittant, & ad Beneficia sic renunciata obtinendum inhabiles existant.

Aliis vero quos cause non tangunt, & impediendis ut sup., & illorum futuris executionibus pænâ imponit.

§.3. Aliæ vero personæ Ecclesiasticæ, seu etiam seculares, quas causa huiusmodi non tangit, executionem citationum huiusmodi, aut aliorum quorumcumque mandatorum, seu rescriptorum, & provisionum Apostolicarum, ut præmittitur, impediendes, aut impediendis huiusmodi, auxilium, consilium vel favorem, publice vel occulte, directe, vel indirecte præstantes, cuiuscumque conditionis vel præminentie existant, sententiam excommunicationis eo ipso articulo constituti, & satisfactione prævia ab alio quam a Romano Pontifice pro tempore existente, & canonice intrante, absolutionis beneficium nequeant obtinere.

Notariosque instrumenta executionum date recusantes aliis pœnis innodat.

§.4. Notarii vero, sive tabelliones publici prædicti, qui de executionibus citationum, & mandatorum, ac provisionum huiusmodi faciendis, aut quo minus fiant inhibitionibus, requisi fuerint, instrumenta publica desuper ad instantiam interesse habentium, seu interesse prætendentium (satisfacto tamen de congruo salario) consicere recusaverint, perjurii reatum incurrant, ac executionem officii tabellionatus amittant, fiantque infames eo ipso, & eorum instrumentis sive scripturis publicis postmodum per eos super rogitis postea factis, & consiciendis, donec ab huiusmodi reatu perjurii absolutionem, & infamie absterisionem obtinuerint, nulla fides in iudicio, vel extra adhibeatur.

Ordinarii publicationem huius Bullæ præcipit.

§.5. Et ut huiusmodi constitutio, & statutum ad singulorum notitiam deducantur, universis locorum Ordinariis in virtute sanctæ obedientie præcipimus & mandamus, quatenus statutum, & constitutionem nostram huiusmodi, per se vel alium, seu alios, in eorum Ecclesiis, vel civitatibus publicent, seu publicari faciant, ac constitutionis huiusmodi copiam Cathedralium Ecclesiarum valvis, ita quod verisimiliter ad singulorum notitiam pervenire valeat, affigi faciant.

§.6. Necnon pro tempore existenti Curie causarum Camere Apostolicæ generali Auditori, ut instante Procuratore Fisci nostri, & Successorum nostrorum Romanorum Pontificum, contra omnes, & singulos etiam qualitercumque prærogativatos, quos prædictas sententias & pœnas sibi incurrisse confiterit, eisdem sententiis, & pœnis illaqueatos tamdiu publice nunciet, & faciat ab aliis nunciari, ac ut excommunicatos ab omnibus artibus evitari, & nihilominus legitimis per eum desuper habendis servatis processibus, sententiis, & pœnas præfatas iteratis vicibus aggravare, auctoritate Apostolica, procuret, donec ipsi sic excommunicati, absolutionis beneficium, satisfactione prævia, meruerint obtinere.

Iussio publicandi hanc Bullam.

§.7. Volumus autem constitutionem, & statutum huiusmodi, in Cancellaria Apostolica publicari, & in quinterno Cancellariæ prædictæ inter alias inibi descriptas constitutiones adnotari, & describi, ac post duos menses a die publicationis huiusmodi computandos, omnes absentes, præfentes vero in eadem Curia post diem publicationis huiusmodi arctare, ac omnibus petentibus dari, & concedi eo modo, quo alia constitutiones de curia concedi consueverunt.

Clausula derogatoria.

§.8. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis &c.

Dat. P. A. S. 25. Januarii.

Nulli ergo &c.
Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, octavo Kalendas Februarii, Pontificatus nostri Anno octavo.

Subscrip. PP. Publicatio in Cancellaria.

Placet publicetur, & describatur. I. Lecta & publicata sunt Romæ in Cancellaria Apostolica, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, Die vero ultima mensis Januarii, Pontificatus Innocentii Papæ VIII. Anno 8.

X XI.
Contra non solventes in festo SS. Petri & Pauli Apostolorum census R. Cam. Apostolicæ debitos.
INNOCENTIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Causa huius Constit.

Decet Romanum Pontificem Jesu Christi in terris Vicarium, qui militanti Ecclesiæ præest, illius jura tueri, & conservare illæ. Sane, sicut accepimus, nonnulli in Civitatibus, Terris & Castellis, fortalitiis, & locis aliis temporali dominio præfate Ecclesiæ subiectis, & in temporalibus Vicariis, Feudatariis, & Gubernatoribus, seu emphyteutæ, perpetuo & ad tempus deputati, constitutum censum in investituris & concessionibus, quas de illo habuerunt, in festo beatorum Apostolorum Petri, & Pauli de mense Junii solvi constitutum, præfate Ecclesiæolvere non curant, in animarum suarum pe-

Monetur omnes ut census debitos Camere Apostolicæ in festo SS. Petri & Pauli persolvant.

periculum, & ejusdem Ecclesiæ detrimentum.

§.1. Nos igitur qui alios in sua Justitia confidemus, nolentes præfate Ecclesiæ pro posse nostro jura negligere, Motu proprio non ad alicujus nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de mera nostra deliberatione, & certa scientia, Apostolica auctoritate monemus & requirimus eos & quemlibet eorum, ut censum & canonem quemcumque, quem pro factis eis seu eorum auctoritatibus concessionibus, Camere Apostolicæolvere tenentur annuatim, in illa celeberrima die, qua huiusmodi census ipsi Camere generaliter solvi consueverunt, videlicet in festo Apostolorum præfatorum Camere Apostolicæ persolvant in loco dictæ Camere, ubicumque illa pro tempore adesse contigerit.

Quibus autem dilatio data est, aut commissum, ut alicui extra Camera solvant, easdem assentant eadem die non solutionis.

§.2. Monemus insuper & requirimus illos ex eis, quibus concessum vel mandatum foret, aut pro tempore mandari contingeret, quod censum per eos debitum, alicujus dictæ Camere creditoribus aut alibi quam in dicta Camera solvant, seu ad solvendum ulterior dilatio data foret, ut per suos legitimos procuratores, & nuncios cum sufficienti mandato in eadem Camera in festo prædicto comparere, & se fore pro eisdem eis concessis civitatibus, terris, & castris, fortalitiis, & locis feudatarios, vicarios, & gubernatores, sive emphyteutas pro dicta Ecclesiæ, & ad talis census solutionem ea die propterea dictæ Camere obligatos fateri, & recognoscere, ac causas quare in eisdem census solutione cessant, ea die allegare & probare debeant coram Præfatis, & Clericis dictæ Camere sub pœnis in concessionibus eis factis huiusmodi apposis, & aliis à jure statutis.

Non docentes, pœnas privationis incurrant.

§.3. Alioquin eos cessantes in census, & canonis huiusmodi solutione, reputari & haberi debere perinde, ac si super illius solutione nil innovatum extitisset, eodem motu, scientia & auctoritate decernimus. Ac eisdem Prelatis, & Clericis committimus & mandamus, ut illos, qui monitioni huiusmodi paruisse coram eis non docuerint; intra unum mensem computandum post dictum festum, pœnas privationis Civitatum, Terrarum, Castrorum, Fortalitorum, & locorum huiusmodi juxta suarum investiturarum, & concessionum tenorem incurrisse declarent, & eos à civitatibus, terris, castris, fortalitiis, & locis huiusmodi, pro quibus censum non solverunt, studeant effectualiter amoveri: Contradictores per censuras Ecclesiasticas appellatione postposita compescendo. Invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Obstantium derogatio.

§.4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis &c.

Hujus Constitutionis publicatio.

§.5. Et quia difficile foret præfentes literas ad singulas provincias &c.

Dat. die 2. Maii 1492. An. VIII.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, Tom. III. Par. III.

sexto Nonas Maii, Pontificatus nostri Anno octavo.

Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1492. &c.

ALEXANDER SEXTUS

PAPA CCXVI.

ANNO DOMINI MCDXCII.



De 11. Augusti 1492. electus est in Summum Pontificem Rodericus Lenzolius Borgia Valentinus S. R. E. Vicecancellarius Cardinalis Portuensis, qui Alexandri Sexti sumpto nomine die 26. mensis ejusdem pontificali corona redimitus est. Vixit in B. Petri Sede imperante Friderico III. Augusto annos XI. dies VIII. & novem promotionibus XXXIV. creavit Cardinales. Obiit die 18. Augusti 1503. & sepultus est in Basilica Lateranensi, unde ejus Corpus ad Ædem S. Mariæ de Monteferrato translatum est. Vacavit Sedes mensum unum dies IV.

Ex Regest. in
Archiep. Vati.

I.
Confirmatio Privilegiorum Bononien. Ci-
vitatibus circa regimen ejusdem per Lega-
tos aliosque a Sede Apostolica deputatos
exercendum cum consensu Magistra-
tum.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Unctorum Christi fidelium statui, ut
salubrius congratulentur eventibus,
ex Apostolica Sedis officio semper intenti
iis, que pro felici gubernatione Civita-
tum, & Terrarum nobis, & Romanae
Ecclesie in temporalibus immediatè su-
bjectarum, & in illis commorantium per-
sonarum provide processisse comperimus,
ut illibata perdurent, tanto libentius nostri
adificimus munimur firmitatem, quanto
ille nobis præ ceteris specialiori sunt curæ
commisæ, & de illarum prosperitate fre-
quenter cogitare tenemur.

Nicolaus V.
faciebat, que
ad regimen
hujus Civita-
tis spectant,
a Legato cum
consensu Ma-
gistratum
disponi.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. Ni-
colaus Papa V. prædecessor noster di-
lectis filiis Communi, & populo Civitatis
nostre Bononien. pro eorum prospero,
tranquillo, & felici regimine nonnulla
privilegia, gratias, capitulaque concedens,
& quosdam eorum petitiones ad-
mittens inter alia voluit & ordinavit,
quod ex tunc de cætero futuris tempori-
bus omnia, & singula regimen Civitatis
prædictæ quomodolibet concernentia per
Legatum, seu Governatorem, & eorum
Locumtenentes pro tempore cum consensu
Magistratum deputatorum ad regi-
men dictæ Civitatis deliberarentur, sta-
tuerentur, & disponerentur.

Hoc Privile-
gium confir-
marunt, &
declararunt
seque respon-
dentes.

§. 2. Et deinde pia me: Callixtus Ter-
tius, & Pius secundus, ac Paulus etiam
secundus, necnon Sixtus quartus, ac In-
nocentius Octavus Romani Pontifices præ-
decessores nostri præmissa eorum munimi-
ne roborarunt prout, in quibusdam sup-
plicationibus sub Capitulum forma ei-
dem Nicolao prædecessori nomine Anzia-
norum, communis, & populi prædicto-
rum exhibitis, & ipsius Nicolai prædeces-
soris ad capitula hujusmodi responsioni-
bus factis, ac publico Instrumento superin-
de confecto manu quondam Petri de No-
xeto ejusdem Nicolai prædecessoris Secre-
tarii, necnon Calisti Pii, ac Pauli, Sixti,
& Innocentii prædecessorum prædictorum
litteris apostolicis, & ad capitula exhibita
pro parte eorumdem eidem Pio prædeces-
sori factis per dictum Pium prædecessorem
responsionibus manu quondam Gregorii
Solii dicti Pii prædecessoris Secretarii an-
notatis, ac cum registris Camera Apo-
stolicæ registratis, quæ diligenter inspici
fecimus.

Cives Bononien.
Papa
supplicavit
pro confir-
matione &
validatione
eorum, que
postmodum
gesta sunt.

§. 3. Cum autem, sicut dilecti filii An-
tonius Galeaz Bentivolus Notarius dictæ
Sedis, Ludovicus de Castro S. Petri, &
Minus de Rubeis Cives Bononien., & Ora-
tores Communis, & populi prædictorum

ad nos & Sedem Apostolicam specialiter
destinati, post præstitam per eos nobis de-
bitæ fidelitatis, & subjectionis obedien-
tiam nobis nuper exposuerunt, Antiani,
communis, & populi præfati præmissa
omnia desiderant, & quæ eorum vigore
postmodum gesta fuere, pro eorum substi-
tencia firmiori nostræ approbationis mu-
nimine solidari.

Benigne con-
cedit Alexan-
der.

§. 4. Nos, qui præfatam communita-
tem, & illius Cives peculiare nostros, &
ejusdem Romane Ecclesie filios ob sincere
devotionis affectum, & fidei constantiam,
& integritatem, quibus nos, &
præfatam Ecclesiam reverentur, speciali
dilectione prosequimur, & paterna cari-
tate conservemus, eorum in hac parte sup-
plicationibus inclinati, præfatorumque
prædecessorum in hærendo vestigiis con-
cessionibus, gratias, ordinationes, privile-
gia, immunitates, capitula illa dum-
taxat, que per Nicolaum, & alios præde-
cessores prædictos signata, & concessa
fuerunt juxta concessionem, & moderati-
onem eorumdem prædecessorum, ac omnia
quæ per bo. me. Angelum Tit. S. Crucis
in Hierusalem presbyterum Cardina-
lem olim in Civitate præfata Apostolicæ
Sedis Legatum, & ejus legatione finita per
dilectum filium Joannem Baptistam S. Ni-
colai in Carcere Tulliano Diaconum Cardina-
lem, tunc dictæ Sedis Notarium,
& Civitatis ejusdem Governatorem, ac
per bo. me. Franciscum S. Mariæ Novæ
Diaconum Cardinalem, ac Venerabilem
fratrem Julianum Episcopum Ostien. ma-
jorem Penitentiarium nostrum in eadem
Civitate successive etiam Legatum, & tan-
dem per dilectum filium Alcanium Sfor-
tiam Vicecomitem S. Viti Cardinalem
Vicecancellarium nostrum in eadem Civi-
tate Legatum, & cujuscumque eorum
pro tempore locum tenentes cum hiis,
qui præferuntur officio sexdecim dictæ Ci-
vitatibus pro bono regimine ejusdem Civi-
tatis, gesta, & facta sunt usque in hodi-
erum diem, dummodo non tendant in
præjudicium Romane Ecclesie, & Eccle-
siasticæ libertatis, ac eorum, quæ eidem
Civitati per Sedem Apostolicam manda-
ta fuissent, necnon omnia & singula privi-
legia, concessionibus & indulta à prædi-
ctis & aliis Romanis Pontificibus præde-
cessoribus nostris, & Legatis ac Nunciis
Apostolicæ Sedis, & à quibuscumque aliis
à præfata Sede potestatem habentibus sub
quacumque verborum forma concessa, &
prout illa concernunt omnia & singula in
litteris & scripturis desuper confectis con-
tenta & inde secuta, ut præfertur, bo-
num regimen dictæ Civitatis concernentia
quæcumque in simile præjudicium non ten-
dant auctoritate Apostolica, & ex nostra
certa scientia approbamus & confirma-
mus, ac presentis scripti patrocinio com-
munimus, ac volumus observari quam-
diu Antiani, Commune, & populus præfa-
ti in nostris, & Romanae Ecclesie obedi-
entia & devotione nostris in mandatis pro tem-
pore parendo permanerint.

§. 6. Sup.

1492.
Eorum ob-
servantiam
præcipit.

§. 6. Supplentes omnes & singulos de-
fectus tam juris quam facti, si qui forsan
intervenerint in eisdem, ac mandantes
præfato Alcanio, & pro tempore existenti
Legato & Governatori Civitatis prædictæ,
necnon omnibus aliis nostris & dictæ Sedis
officialibus in eadem Civitate existentibus,
quatenus præmissa omnia firmiter
observent, & faciant quantum in eis, ut ab
omnibus observari.

Obstantibus
rogat.

Dar. die 2.
Ostobris 1492.
An. l.

Ex eodem
regest.

Exordium.

S. Franciscus
de Paula vi-
facultatis sibi
a Sixto IV. &
Innocentio
VIII. conce-
dit Regu-
las pro suis
Eremitis co-
posuit.

statuit & ordinavit, que voluit & manda-
vit per ejusdem Societatis heremitas per-
petuis futuris temporibus observari.

§. 2. Quare pro parte Francisci & he-
remitarum prædictorum nobis fuit humiliter
supplicatum, ut ejusdem Francisci
statutis & ordinationibus hujusmodi pro
eorum substantia firmiori robur nostræ
confirmationis adicere, aliasque eis super
eorundem sic statutorum & ordinatorum
observantia oportune providere de beni-
gnitate Apostolica dignaremur.

Eorum con-
firmationem
petit ab Ale-
xandro.

§. 3. Nos igitur, qui amatores hujus-
modi heremiticæ vitæ, quæ solitudine,
contenta versatur in abditis, & nunquam
minus sola est, quam cum sola esse repu-
tatur, quia celestis Patrie contemplatio
illam sociat, & comitatur, & dum sæcu-
laris conversationis commercio caret, cæ-
lestis alimonie pabulo refocillatur, &
gaudet, libenter in suo laudabili propo-
sito conservemus, & tanquam tutissimo
calle incedentes & pauperes spiritu, quos
Dominus noster Jesus Christus beatos esse
dixit; Quoniam ipsorum est Regnum Cæ-
lorum, pia, & paterna charitate prosequi-
mur, & eis, quantum cum Deo pos-
sumus, favorem benevolam impartimur,
hujusmodi necnon carissimi in Christo fi-
lii nostri Caroli Francorum Regis Illustris,
qui ut asseritur ad eosdem heremitas spe-
cialem gerit devotionis affectum, & quam-
dam Domum cum oratorio, & opportuni-
s officinis, extra & prope Civitatem
Turonen. construi & edificari fecit, ac
eis pie donavit, nobis super hoc pro eis-
dem Heremitis cum instantia humiliter
supplicantis, supplicationibus inclinati,
ejusdem Francisci statuta & ordinationes
hujusmodi, ac omnia & singula in dictis
Capitulis contenta, quæ diligenter inspic-
ac presentibus de verbo ad verbum anno-
tari fecimus, auctoritate Apostolica præ-
senti in tenore approbamus, & confirma-
mus, ac presentis scripti patrocinio com-
munimus, supplementumque omnes & singu-
los defectus, si forsan intervenerint in eis-
dem, & pro potiori cautela ea omnia,
quæ per eundem Franciscum statuta &
ordinata, prohibita & permilla fuerunt, de
novo dicta auctoritate statuimus & ordi-
namus, prohibemus, & permittimus, ac
volumus juxta eorum seriem & continen-
tiam perpetuis futuris temporibus per ejus-
dem Societatis heremitas, qui nunc sunt &
perpetuis futuris temporibus erunt pro
eorum regularibus institutis, eosque here-
mitarum Ordinis Minorum fratrum here-
mitarum Fratris Francisci de Paula in po-
sterum nuncupari, inviolabiliter observari.

Quam ad
preces Fran-
corum Regis
concedit.

§. 4. Tenor vero ordinationum & sta-
tutorum prædictorum per dictum Francis-
cum editorum, & per nos ut præfertur con-
firmatorum & innovatorum de verbo ad
verbum sequitur & est talis.

Hujusmodi
autem Here-
mitas Mini-
mos mandat
nuncupari.

§. 7. Ac decernentes ex nunc irritum
& inane, si secus super his a quoquam qua-
vis auctoritate scienter, vel ignoranter
contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus
& ordinationibus Apostolicis, ac omnibus
illis, quæ Prædecessores præfati in dictis
eorum literis voluerunt non obstatre cate-
rifice contrariis quibuscumque.

Nulli ergo &c.
Datum Romæ apud S. Petrum anno
Incarnationis Dominicæ millesimo qua-
dringentesimo nonagesimo secundo, sex-
to nonas Octobris, Pontificatus nostri an-
no primo.

II.

Approbatio Regulæ, sive Statutorum, &
Ordinationum confirmatio a Beato
Francisco de Paula primitus suis fratri-
bus traditorum in Cusentina Eremita.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Meritis religiose vitæ, quam dilecti fi-
lii Franciscus de Paula & ejus Socii
heremite heremitorii Sancti Francisci de
Paula Cusentina Diocesis ad obsequen-
dum Altissimo elegerunt inducimur, &
exemplo boni operis excitamur, ut ea quæ
pro eorum directione votiva ab eodem
Francisco provide ordinata sunt, ut fir-
mus illibata permanent, Apostolicæ Sedis,
cui immediatè sunt subiecti, munimi-
neroboremus.

§. 1. Sane pro parte eorumdem here-
mitarum nobis nuper exhibita petitio con-
tinebat, quod præfatus Franciscus habens
ad hoc ut assererat, a bo. me. Pirro Ar-
chiepiscopo Cusentin. specialem per alias
litteras facultatem per tel. re. Sixtum IV.
& Innocentium VIII. Romanos Pontifices
Prædecessores nostros successive confir-
matam, & ad quæcumque loca, quæ ei-
dem Congregationi donari contingeret,
ampliatam, prout in dicti Archiepiscopi
authenticis & dictorum Prædecessorum
Apostolicis litteris plenius continetur, il-
larum vigore pro salubri directione here-
mitarum societatis nonnulla divini cultus
augmentum & Animarum eorumdem sa-
lutem in beneplacitis divinæ voluntatis,
& vitæ heremiticæ hujusmodi perseveran-
tiam, & eorum prosperitatis votivæ suc-
cessus concernentia sacris Canonibus non
contraria in tredecim Capitulis contenta
Tom. III. Par. III.

Regula & vita Fratrum Ordinis Minorum pauperum heremitarum Fratris Francisci de Paula. De observantia Præceptorum Dei.

CAPITULUM PRIMUM

Præcepta Dei observanda.

§.3. Ante omnia non vos fugiat fratres carissimi divina præcepta & scienda & summa cum diligentia esse servanda, ut Deum toto corde tota mente tota anima totisque viribus amantes proximique sicut nosmetipsos diligentes æternæ vitæ fructum spoliis percipere, nam ad hoc congregati sumus, ut Evangelium Domini nostri Jesu Christi observemus, & sit nobis unum cor anima una in Domino Deo vivendo sub voto paupertatis castitatis & obedientiæ. Igitur vitam & regulam istam observantes nunquam de illa exire intendamus, quia nemo ponens manum ad aratrum & respiciens retro aptus est Regno Dei.

CAPITULUM II.

Servandam etiam obedientiam Patri, & Superioribus Ordinis, petendisque ejus Præceptoribus.

§.6. Frater Franciscus de Paula promittit obedientiam & reverentiam Sanctissimo Domino nostro Alexandro Papa Sexto & ejus successoribus canonicè intrantibus & Ecclesiæ Romanæ, & alii fratres Professores etiam in probatione existentes tempore suæ probationis teneantur Fratri Francisco, & ejus successoribus obedire, petantque superiores à Domino nostro Papa unum ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit Governator, Protector & Rector istius Religionis, cujus consilio & mandato semper informetur & regatur.

CAPITULUM III.

De horis Canonice, & oratione.

§.7. Clerici divinum Officium & horas Canonicas secundum consuetudinem Curie excepto psalterio horis debitis & statutis & cum cantu simplici persolvant. Laici vero seu conversi & oblato dicant viginti quatuor Pater noster, & totidem Ave Maria pro Matutino, pro Laudibus, quinque, pro Vesperis duodecim, pro quolibet aliarum horarum septem, & orent pro defunctis. Nescientes autem litteras discere non audeant, nisi generalis correctoris consilio habito, qui eos tantum sinat discere, quorum ingenia apta viderit esse doctrinæ, nec contradire præsumant, sed potius omni cura & diligentia unaquevisque Generalem Patrem, suamque Rectorem re & verbo reverentur, & parè promptequè ob Dominum nostrum Jesum Christum eorumque mandatis obediat, quoniam in Evangelio scriptum est, qui vos audit, me audit, qui vos spernit me spernit; Fratres autem idonei, & generali Capitulo vel Provinciali examinati & approbati poterunt predicare & evangelizare verbum Dei cum brevitate sermonis annuntiando Populo vitæ & virtutes, penam, & gloriam.

Et Prædicatione verbi Dei.

CAPITULUM IV.

Vellibus.

§.8. Indumenta nostra sint de Panno grosso ex lana Pecorina nigra & sine tinctura contexto, & de predicto Panno habitum unum ad minus quilibet frater habeat longum usque ad Talos, una cum Capucio usque ad femora, ex utraque parte longo, ante scilicet & retro cum cingulo laneo coloris habitus Capucium predictum ex utraque parte super habitum cingente, & hic sit habitus noster, quem, nisi commutetur & alius accipiat nulli professo sive dormiendo sive vigilando unquam dimittere licebit, sub habitu autem predicto poterunt fratres tunicas unam aut plures secundum loca & tempora & frigiditas Regiones secundum discretionem correctoris, qui unicuique secundum suam necessitatem providere habeat, portare, desuper vero clamidem habeant, quæ tamen ad beneplacitum uti poterunt, cui Cuculla parva ad caput tegendum, apta retio semper adhæreat. Calcæamentis sive focularibus integris nulli nostrum uti liceat sine evidenti necessitate. Calcæodis autem sive zoccolis ligneis uti etiam focularibus Apostolicis uti poterunt ad beneplacitum. Poterit etiam superior prout secundum Deum sibi videbitur cum fratribus itinerando dispensare.

CAPITULUM V.

Cibus.

§.9. Cibi nostri durante vita nostra sint Quadragesimales tam in locis & Conventibus, quam etiam extra, nec alicui carnes nec ova caseum, aut lactinia alio modo aliquo, seu tempore, demptis infirmis, & hoc de consilio Medici comedere licitum sit, contrahentes simul & consentientes non revelantes per tres menses carceribus mancipentur, jejunentque quarta & sexta feria in pane & aqua; insuper ipso facto deprehensus perpetuo inhabilis ad omne Officium existat, nisi per Capitulum generale ejus considerata qualitate rehabilitetur. Fratribus autem infirmis modo provideatur infra scripto videlicet, cum primum ceperint egrotare, correctores locorum, ad quos tantum spectat, vadant ad illos, quos interrogent si voluerint corporalem medicum, qui si requisiti consenserint, vel si viderint eos ita egrotare, quod pro recuperanda sanitate opus sit eis medico corporali, etiam illis non consentientibus dictis casibus corrector illis medicum secundum loci facultatem adducat, & secundum ejus consilia in domo tamen segregata, & pro infirmis specialiter deputata, faciat illos cum diligentia gubernari. Fratres autem infirmi, qui noluerint se a carnibus & lactiniis abstinere, ad illa non compellantur, nisi ex corporalis medici consilio & ordinatione, cui correctores in compellendo dictos infirmos tam in esu carniæ seu ovorum & lactiniorum, quam in reliquis ejus consiliis & ordinationibus obedire, morem gerere teneantur, aliter de cibis nostris

Qua.

Quadragesimalibus cum omni diligentia & charitate illis subveniatur. Caveant autem omnes fratres ne querendo carnes, ova, aut lactinia pro infirmis se intromittant sed tantum Corrector loci per Procuratorem aut oblatos faciat infirmis providere, qui etiam si sint totaliter loco dediti in ipsa Infirmaria resideant, & de infirmis in illa, curam, & sollicitudinem gerant: poterunt etiam alii fratres de licentia Correctoris visitare charitative infirmos. Caveant etiam Fratres ne carnes aut lactinia aliqua pro infirmis ordinata per Monasterium transeant, sed ad Infirmaryam carnes, ova, & alia infirmo necessaria reportent; qui diutino & naturali languore laborant, supportentur cum charitate in laboribus, & vigiliis, non tamen segnitiei, quæ illos sepe molestat, omnino credatur, sed sicut Correctori secundum Deum videbitur, vitam tamen communem infringere non contendant, sed cum patientia Quadragesimalibus cibis contententur, verum cum timore recordentur quomodo tanto tempore suorum sudoribus fratrum nutrantur, nisi aliter corporalis Medicus ordinaverit, cujus ordinationes tam a Correctoribus, quam a languentibus predictis erunt sequenda, & eo casu gubernentur in Infirmarya, ipsi etiam infirmi cum vires pristinas habuerint, redeant ad feliciter consuetudinem suam, nec cibi teneat voluptas, quos necessitas levavit infirmos, nec contingat detestanda perveritas uti in Religione, ubi quantum possunt sunt divites laboriosissimi, sicut pauperes delicati. In Infirmarya autem nemo præter Infirmarios eo tempore, quo in illa quique fuit, neque ullo tempore in alienas cellas absque Patris licentia intrare præsumat, nullaque causa illas aperire audeat, sed cum opus fuerit intrare, moderatè prius fores pulsantur. Illisque qui intus sunt respondentibus aut aperientibus submissis paucisque verbis necessaria dicantur, & cum necesse fuerit introire obtenta à Patre licentia dum simul in Cella fuerint, fores teneantur aperti.

CAPITULUM VI.

De vita communi & vitanda proprietate.

§.10. Dixit Dominus in Evangelio: qui non renunciaverit omnibus, quæ possidet non potest meus esse discipulus: ideo fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec loca, nec aliquam rem, sed sint tanquam Peregrini, & Advenæ in hoc sæculo domino famulantes, nam paupertas spiritus est abdicatio sollicitudinum sæculi, & privatio pura vitæ præsentis transeuntis iter ad Deum sine impedimento, alienatio justitiæ temporalis, fidelis observatio mandatorum Dei, fundamentum pacis & munditiæ, pauper enim frater est Dominus Mundi, & quoniam jactavit in Deum curam suam, possidet per fidem omnes gentes in servos, hæc est illa celsitudo altissimi paupertatis, quæ vos charissimos fratres meos, hæredes & Reges Regni ce-

lorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit, hæc sit portio vestra, quæ conducit in terram viventium. Quare loca nostra quæ inhabitamus nolumus esse curiosa: sed tam Domus quam Ecclesiæ sint parvæ & humiles, & tales quod in omnibus relucent Sancta paupertas. Insuper nullus inter nos quidquam suum dicere audeat, sed omnia sint de Ecclesiâ, & unicuique à Patre distribuuntur prout opus est, cujuslibet ætate & qualitate considerata, Ergo cum quis filiis suis aut aliqua necessitudine ad se pertinentibus infirmitate nostra constitutis antequam contulerit vestem, seu aliquid aliud inter necessaria deputandum non occultè accipiat, sed potestate superioris, ut in rem Ecclesiæ reductam, cui necessarium fuerit, tribuatur. Nulli ergo nostrum quidquam liceat habere, quod Superior non dederit aut permiserit, quibus nec corpora sua, nec voluntates suas in sua liceat habere potestate. Consequens inde est, ut singulis fratribus nostris pecunias accipere perpetuò interdicitur, nec etiam alicui quovis modo super se portare licitum existat. Poterunt tamen Superiores pro necessitatibus Infirmorum ac fratribus induendis per amicos spirituales aut locorum Procuratores de scientia Conventus pecunias undecumque provenientes sine quavis causa recipi facere, & per eosdem in capsa, quatuor clausuris clausa reponere, & de scientia Conventus reponi facere, quarum una clavis sit penes superiorem, alteram teneat ad hoc specialiter electus, & alteram Sacrista, altera apud domesticum secularem, vel oblatum & omnes sint præsententes quando aperitur arca; Correctori igitur cunctæ elemosinæ offerantur, & sicut dictum expendantur, nullique absque ejus licentia & consensu liceat quidquam, etiam si minimum sit alicui accommodare, aut extra domum largiri.

De Arca Communi.

CAPITULUM VII.

De Jejunio.

§.11. Quoniam testante scriptura multa ex jejunio nascuntur bona, ideo quilibet carnem suam domare sollicitus sit jejunio & abstinentia ejus & potus, quantum validitas permittit, & primum omnes vigiliæ, quas mandat Ecclesiæ sanctaque Quadragesima a Dominica Quinquagesimæ incipientes, a nobis inviolabiliter observentur: a festo omnium Sanctorum exclusive usque ad festum Nativitatis Domini, ceterisque temporibus quarta, & sexta feria solliciti sumus jejunare, aliis autem temporibus, & solemnitatibus devotis possint, qui volunt, de licentia Correctoris jejunare, qui si eorum inspecta qualitate Corrector nolit eis permittere, sufficiat eis bona voluntas, tempore vero peregrinationis aut alicujus manifestæ necessitatis non teneantur fratres jejunio corporali, poterit tamen Corrector super his jejunio cum fratribus secundum Deum dispensare. Cum autem aliquis non poterit jejunare, non tamen extra solitam horam prædii aliquid

Orationis frequencia.

aliquid alimenterum sumat, nisi cum-
regrotat, aut de licentia Correctoris. Quo-
niam autem oratio bona est cum jejuni-
o fratres maxime hostiam laudis immolan-
tes, quantum vires suppetunt devotioni,
& orationi vacare non omittant, jungen-
tes verbis sensum, sensui affectum, affe-
ctui exultationem, exultationi maturita-
tem, maturitati humilitatem, humilitati
libertatem, ac preter horas Canonicas
potissimum quando eis vacat, Psalmis,
Hymnis, & aliis peculiaribus orationibus
insistere, locis, horis, & temporibus con-
stitutis, quas quanto crebriores tanto fan-
ctiores habere debent. Laici vero qui
nesciunt literas de mane audita Missa,
exercitii sibi a Patre injunctis, una hora
aut duabus invigilent; sumptoque pran-
dio totidem ac pluribus si oportuerit, re-
miniscentes scripturę dicentis, qui non
laborat non manducet.

CAPITULUM VIII.

Silentio.

§.12. Cum de omni verbo otioso in
novissimo die districtissimo Judici sumus
rationem redduri, idcirco a verbis que
sine fructu sunt, unusquisque semper, &
ubique refrenet linguam suam, dictoque
Completorio omnes sileant usque ad pri-
mam, semperque in Ecclesia clauso Re-
fectorio in dormitoriis atque coquina si-
lentium observetur; Siquidem tamen in
dicto tempore pretaxatis locis necessario
dicendum contigerit, verbis paucis demis-
se dicatur, potissimeque Novitii silentium
servent primo ingressione sue anno sem
nemine Seculari aut Religioso, qui de fa-
milia nostra non sit sine Patris auctoritate,
& socio deputato audiente loquentes. Nul-
lus etiam professus quicquam singulare,
absque Patris consensu facere audeat, cum
diabolus sæpenumero sub specie boni ea
homini persuadeat, quibus aut infirmetur
aut cuneus efficiatur: quod si fecerit a
Patre mulctetur, eoque non sanctitati, sed
stultitię aut superbię id adscribendum est,
nec presumat quis quavis occasione, vel
causa alterum defendere fratrem, etiamsi
quacumque sanguinis propinquitate jun-
gatur; Quoniam exinde gravissima scan-
dalorum occasio solet oriri; nullus etiam
quovis modo occasione vel causa cum Su-
perioribus suis contendere verbis seu per-
tinaciter super quacumque re etiam justa
se defendere presumat, sed breviter, &
humiliter ad interrogata respondere, eor-
umque præceptum, correctionem, & jus-
sionem, dummodo non sit contra Deum,
animam suam, & regulam nostram cum
mansuetudine, & caritate perfecta susci-
pere, ac celeriter, & sine mora perficere
studeat. Caveant etiam fratres, ne No-
vitiarum occasione seu alia quavis causa
matres suas aut sorores, nec quascumque
mulieres Claustrum, Refectorium, coqui-
nam, dormitorium, infirmariam, nec etiam
hortum intrare, aut ipsos infirmos visita-
re permittant, quacumque essent affini-
tate cuicumque conjunctę, contrafacien-

Novitiis.

tes penę reservatorum casuum subiaceant,
perpetuoque ab omni officio nostrę Reli-
gionis inhabiles existant.

CAPITULUM IX.

Refectorio.

§.13. Cum non in solo pane vivat ho-
mo, sed in omni verbo quod procedit de
ore Dei, dum corpora reficiuntur; spiri-
tualis lectione continue animus pascatur,
quod si commode fieri non poterit, sal-
tem in refectiois principio medioque &
fine modicum quid legatur, nemo pri-
mum comedat, quam signo Corrector
annuat, & antequam discumbant fratres
omnibus in ordine suo e regione positus
fiat benedictio; in qua lecturus tantum
benedictionem petens dicat: Jube domne
benedicere: refectisque corporibus om-
nibus, ut in benedictione positus: Deo
debitę gratię agantur; In refectoriis au-
tem nostris Seculares nullo pacto cum
fratribus manducant, nec fratres cum
commode nostris in locis comedere pos-
sint, in Secularium domibus recumbant,
dicente Hieronymo ad Paulinum de in-
stitutione Clericorum Secularium & ma-
xime potentum communia dempta; Hos-
pites tamen hilari corde, & vultu placi-
do suscipiantur, eorumque curam gerat
is, & non alter cui Pater mandaverit,
non homini sed Deo existimans se servire,
quia dicit Dominus; qui hos recipit, me
recipit & alibi: quod uni ex minimis meis
fecistis, mihi fecistis: qua etiam sententia
convincimur pauperes fratres inter nos
despici non debere, sed nobis magis invi-
cem Deum honorare; Illi ergo qui aliquid
videbantur esse in seculo, non habeant
fastidium fratres suos, qui ad istam sanctam
Societatem ex paupertate venerint, ma-
gis autem studeant non de parentum di-
vitem dignitate, sed de pauperum fra-
trum societate gloriari. Non extollantur
si communi vitę aut Ecclesię aliquid de
suis facultatibus contulerint, ne de suis
divitiis magis superbiant, quam si eis in
seculo fruerentur: rursus etiam qui nil
habebant in seculo, non ea quærant in
Monasterio, quę nec foris habere poter-
runt, sed tamen eorum infirmitati, quod
opus est, tribuatur, etiamsi paupertas eor-
um quando foris erant, nec ipsa necessa-
ria poterat invenire, non tamen ideo pu-
tent se esse felices, quia invenerunt vi-
ctum & tegumentum, quale foris inveni-
re non potuerunt, nec erigant cervicem,
quia associantur eis, ad quos foris acce-
dere non audebant, sed sursum cor ha-
beant, & terrena vana non quærant, pri-
stinam paupertatem ante oculos semper
habentes, ne si de religioso habitu se super-
bientes erigant, illo indignos esse omnino se
demonstrent.

CAPITULUM X.

§.14. Quoniam peccatum, quod per
penitentiam non diluitur mox suo pondere
ad aliud trahit, unusquisque semel sin-
gulis

Hospitiis.

Muna Charitate.

Humilitate.

Culpis dicens.

gulis hebdomadis ad minus confiteatur,
utque peccatis melius resistat, prima die
Dominica uniuscujusque mensis atque in
præcipuis solemnitatibus sumat Eucharis-
tiam, ut etiam humilitas aquiratur,
emendationisque causa præstetur erranti-
bus, singulis diebus delinquentes defectus
suos publicos & brevibus, & claris verbis
in Refectorio inter manducandum dicant,
se nullo velamine excusantes, pro quibus
correctionem injunctam summopere stu-
deant adimplere, insuper singulis hebdo-
madis feria secunda quarta, & sexta in
Capitulo culpas suas generaliter si antea
particulariter dicte fuerint in medium fe-
rant, veniam mutuo deprecantes, & si
quis convicio vel maledicto vel alicujus
crimini obiectu alicum læserit, memine-
rit satisfactione curare quod fecit, & illum
qui læsus est, sine deceptione dimittere,
si autem invicem se læserint, invicem rela-
xare debent per aliorum orationes, &
monitiones: melior est autem qui quam-
vis ira sæpe tentetur, tamen impetrare fe-
stinat ut sibi dimittat, cui se fecisse agnos-
cit injuriam, quam qui tardius irascitur,
& ad petendam veniam tardius inclinat.
Qui autem nunquam vult petere veniam
aut non ex animo petit sine causa est in
Monasterio, etiam si inde non projiciatur
proinde vobis a verbis durioribus parcite,
que si emissa fuerint de ore vestro, non
pigeat ex vestro ore proferre medicamen-
ta, unde facta sunt vulnera, sicque vobis
invicem parcatis, ut nec postmodum illius
se injuria memores sint, memoria enim
malitię injuria est, complementum furoris,
custodia peccati, odium justitię, sagitta
rubicinosa, venenum animę, dissipatio vir-
tutum, vermis mentis, confusio orationis,
laceratio petitionum, quę sunt Deo,
alienatio charitatis, clavis fixa in anima,
iniquitas nunquam dormiens, peccatum
nunquam deficiens, & mors quotidiana,
istud namque vitium est tenebrosum, &
super omnia alia vitia; faciatis igitur
cessare iram, & occidatis malitię me-
morię, quia vivente Patre generatur
filius, sed qui possidet charitatem, re-
pellit a se suam adversariam vindictam,
qui verbo retinet inimicitiam, auget sibi
laborem inutilem.

CAPITULUM XI.

De commercio cum Scularibus & charitate inter Fratres servanda.

§.15. Fratres locum exituri ut eos
Deus a peccatis tueatur, quę per sensus
corporis animam occidunt, Ecclesiam si
videbitur revisitent se Deo commendantes,
& a Patre benedictionem humiliter
petentes id idem postreditum faciant, ut
si extra domum deliquerint, per orationem,
& benedictionem sibi remittatur: Nullique
extra claustrum Conventus absque
eiusdem Patris licentia, & absque
Socio & benedictione exire præsumant,
& quando vadunt extra Conventum simul
ambulent, cum venerint quod vadunt simul
stent, & quos viderint homines molibus
vestimentis, & coloratis indutos, uti ci-

bis, & potibus delicatis, non despiciant,
nec judicent, sed magis unusquisque judicet
& despiciat semetipsum in via sive in domi-
bus non litigent, nec contendant verbis,
seu alio quovis modo simul aut cum aliis
personis, sed cum humilitate invicem se
honorent in charitate, & sint modesti,
mansueti, & humiles, honesti, & casti
omnibus loquentes, nec habeant suspecta
confortia vel consilia mulierum, nec sint
compadres earum, & ne ingrediantur Mo-
nasteria Monacharum absque Sedis Apo-
stolicę expressa licentia, nisi ad loca com-
munia, ad quę ingrediuntur seculares, cau-
sa scilicet prædicationis, vel elemosinę
petendę, nec cum per Mundum incedunt,
aliquorum literas portent, nisi eis a Su-
periore de ipsis literis portandis specialiter
& expresse injunctum fuerit, ne hac occa-
sione inter fratres vel de fratribus scanda-
lum oriantur.

CAPITULUM XII.

De Vagis & Criminosi, & qua quicquid sit pena puniendus.

§.16. Ad bonorum autem confirma-
tionem, & girovagorum, & instabilium
errorem volumus, & statuimus, quod qui-
cumque ab aliquo locorum nostrorum
absque Patris licentia discesserit, aliique
in locis per tres Menses in carcere reti-
neatur, similiter faciat illis qui Provin-
ciam exeunt; simili pena plecentur ino-
bedientes, superbi, rebelles, & contuma-
ces iusta Patrum, & Superiorum suorum
contemnentis, proprietarii pecuniam, aut
quicquid Superior non dederit absconden-
tes, ipsam etiam pecuniam tangentes, aut
super se portantes, insuper sanctam infrin-
gentes castitatem, quod Deus avertat, in
hoc casu poterit Superior injungere jeju-
nium in pane, & aqua bina vice in heb-
domada, & disciplinam secundum exigen-
tiam delicti. Volumus etiam, quod si ipse
Generalis fecerit contra vitam nostram
quadragesimalem, & in alios incidit ca-
sus, ipso facto quod fuerit deprehensus a
duobus discretis ejus Sociis ab officio sus-
pendatur usque ad Capitulum Generale,
in quo legitime puniatur; similiter etiam
puniuntur Provinciales & Correctores lo-
corum.

CAPITULUM XIII.

Correctore Generali.

Et Capitulo.

Provincialis electio.

§.17. Universi fratres unum de istius
Congregationis fratribus teneantur sem-
per habere in generalem Correctorem
triennem, & servum totius religionis;
ad Capitulum autem generale, quod sin-
gulis triennis fit omnes Provinciales,
& discreti discretorum Provinciarum te-
neantur convenire, qui omnia habebunt
agere ad manutendam Religionem. De
tribus autem in tribus annis fiat nova
electio Generalis Correctoris, virique duo
discreti illi dentur in Socios, cum quibus
in visitatione sua negocia ardua Religio-
nis mature tractet. Volumus autem quod
fiat electio Provincialis de tribus annis in
tri-

Laici vocem non habent in Ordine.

tribus annis in qualibet Provincia. Volumus etiam, quod triennio peracto tam Generalis quam Provinciales sint subiecti, & sine officio, Correctores autem omni anno mutentur. Nullus autem praeficiatur in ordine, nisi sciat ducere vitam communem. Poterit etiam Corrector eligi in Provinciale, & Provincialis in generalem Correctorem. Nolumus etiam quod Fratres nostri laici seu Conversi vocem habeant in electione, nec etiam depositione Superiorum tam Correctorum, quam Provincialium & Generalium, nec etiam in tales quomodo eligi poterunt, tamen quando Generalis Corrector visitat aliquem, quem cognoverit prudentem, poterit appellare, & de factis Monasterii interrogare; ipsi autem laici magnam barbam portantibus aliis sacra ministeria celebrantibus devote serviant, laboribusque & exercitiis sibi a Patre inunctis se occupent, & de spiritualibus negotiis, nisi in quantum Correctori videbitur intrmittere se non habeant. In generali autem Capitulo poterunt fieri statuta, & ordinationes a Fide Catholica, & Sanctorum Canonum institutionibus, regulaque nostra huiusmodi non deviantia, & huiusmodi regula, & vitae observantia auctoritate Apostolica semel & pluries ac toties quoties opus fuerit poterunt corrigi, & emendari, & diminui, & alia fieri quae volumus.

Dat. die 26. Febr. 1493. An. I.

§. 18. Nulli ergo &c. Datum Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, quarto Kalendas Martii Pontificatus nostri anno Primo.

III.

Contra sibi ius dicentes, aut Cavalcatae aut hominum militionem facientes in Statu Ecclesiastico.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Inter multiplices curas, quae nobis ex Apostolatus officio incumbere dignoscuntur, illam libenter amplectimur, per quam provisionis ope, Civitates, Terrae, & loca Romanae Ecclesiae, mediate, & immediate subiecta in pacis amoenitate, & quietis tranquillitate valeant conservari: & nemo sibi ius dicere, ac iustitiae limites transgredi inordinata voluntate praesumat, sed quod sibi credit alter adversus alterum forte competere, coram iudice iustitiam reddente prosequatur, & si qui ita temerarii fuerint, ut secus facere praesumant, debitis poenis afficiantur, ne de eorum nefanda temeritate latentur, ac aliis subditis transeant in exemplum, nec incentivum praebent delinquendi.

Causae huius Constituit.

§. 1. Sane etiam antequam ad apicem summi Apostolatus divina favente clemen-

tia assumpti fuissimus, ab ipsa facti evidentia, & rerum experientia, Nos, qui longo tempore Cardinalatus honore functi novimus; quod in terris eidem Romanae Ecclesiae, mediate vel immediate subiectis, dierum crescente malitia, sic assueti nequitia malorum mentes hominum pervertit, quod in apertam proflire violentiam, non formidantes, saepius alter insurgit in alterum, & alius quod adversus alium sibi forsitan competere praesumit, viis pacificis, & juris ordine praetermissis, violentiis, & conatibus obtinere non veretur: statum ejusdem Romanae Ecclesiae saepenumero perturbans, ac scandala non parva suscitans, non sine animarum periculo, dignitatis, & auctoritatis ejusdem Romanae Ecclesiae praedictae, & detrimento, pernicioso quoque exemplo, & cum scandalo plurimorum. Nos igitur, qui de incolarum, Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum temporali dominio ejusdem Romanae Ecclesiae sic subiectorum, prospero, & felici regimine, tanto propensorem curam gerere debemus, quanto illorum cura specialius dignoscitur nobis esse commissa, quique eos (utpote peculiare nostros, & dictae Ecclesiae filios in visceribus gerimus caritatis) cupientes ut Provinciae, Civitates, Terrae, Castra, & loca praedicta, turbationibus, & scandalis quibuscumque semotis in pace, & concordia conquiescant, ac prosperis successibus gratulentur, temerariorumque ausus reprimere, & eos tali plectere poena, ut ceteris sint in exemplum, & tandem metus poenae sit poena malorum, Motu proprio non ad alicujus nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera, & matura deliberatione, ac ex certa scientia, & Apostolicae potestatis plenitudine, universis, & singulis tam laicis, quam Ecclesiasticis cujuscumque status, & gradus, ordinis, excellentiae, dignitatis, & Cardinalatus honore fulgentibus, Ducibus quoque, Comitibus, Baronibus, necnon Communitatibus, Universitatibus Civitatum, Terrarum, Castrorum, & aliorum quorumcumque locorum, nobis, & eidem Romanae Ecclesiae, mediate, vel immediate subiectorum, auctoritate Apostolica, tenore praesentium districte praecipiendo mandamus, & inhibemus.

Prohibitio faciendi Cavalcatas, & coadunationes, vel invasiones, & occupationes.

§. 2. Ne aliquis eorum contra alium sibi ius dicere, aut guerram, vel exercitium, seu alias huiusmodi coadunationes, & (ut vulgo dici solet) cavalcatas (nisi de nostra, & successorum nostrorum Rom. Pont. canonice intrantium, aut Officialium nostrorum, & eorundem successorum ad id sufficientem facultatem habentium speciali licentia) facere, vel movere, ac per hostiles incursum, seu violentias, Civitates, Terras, Castra, & loca praedicta occupare, invadere, vel etiam retinere, seu aliquem domo propria, Civitate, Castro, vel loco expellere, capere, tenere, aut ad vindictam, vel ultionem aliquam proflire, quavis occasione, vel causa,

I V.

Insulae novi Orbis a Ferdinando Hispaniarum Rege, & Elisabetha Regina repertae, & reperiendae, conceduntur eidem, propagandae fidei Christianae causa.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Carissimo in Christo filio Ferdinando Regi: & Carissima in Christo filia Elisabetha Reginae Castelle, Legionis, Aragonum, Siciliae, & Granatae, Illustribus, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Inter cetera divinae Majestati beneplacita opera, & cordis nostri desiderabilia, illud profecto potissimum extitit, ut fides Catholica, Christiana religio, nostris praesertim temporibus exaltetur, ac ubilibet ampliatur, & dilatetur, animarumque salus procuretur, ac barbaricae nationes deprimantur, & ad fidem ipsam reducantur. Unde cum ad hanc sacram Petri Sedem Divina favente clementia (meritis licet imparibus) evecti fuissimus, cognoscentes vos tamquam veros Catholicos Reges, & Principes, quales semper fuisset novimus, & a vobis preclare gesta totius pene jam Orbi notissima demonstrant, nedum id exoptare, sed omni conatu, studio, & diligentia, nullis laboribus, nullis impensis, nullisque parcendo periculis, etiam proprium sanguinem effundendo efficere, ac omnem animum vestrum, omnesque conatus ad hoc jam dudum dedicasse, quemadmodum recuperatio regni Granatae a tyrannide Saracenorum hodiernis temporibus per vos, cum tanta Divini nominis gloria, facta testatur, digne ducimus non immerito, & debemus illa vobis etiam sponte, & favorabiliter concedere, per quae huiusmodi sanctum, & laudabile ab immortali Deo coeptum propositum in dies ferventiori animo ad ipsius Dei honorem, & imperii Christiani propagationem proficere valeatis.

Ferdinandi, & Elisabethae Studium Religionis propagandae zelusque commendat.

Eo duci Regnum Granatae e Saracenorum manibus vindicatum.

Christophorum Columbum ad remotas, incognitas, & incognitasque regiones cum apra Classe delegavit, ut gentes agnosceret J. C.

Poenae contravenientium.

causa, praesumant, sed quilibet jus suum via juris coram competenti iudice prosequatur.

§. 3. Quod si aliqui contra inhibitionem, & mandatum huiusmodi quovis modo, directe, vel indirecte de cetero venire praesumpserint, nos omnes, & singulos sic contravenientes (contra quos per praedecessores Romanos Pontifices, & Apostolicae Sedis Legatos etiam satis est debite provisum) excommunicationis majoris anathematis sententiam, a qua non nisi a Nobis, & eisdem successoribus praedictis (praeterquam in mortis articulo constituti, & debita satisfactione praemissa) absolvi possint, incurere: eosque omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, libertatibus, indultis, exemptionibus, immunitatibus, realibus, & personalibus, ac Civitatibus, Castris, Terris, locis, & dominiis eorum, dignitatibus, ac honoribus, officiis, ac etiam feudis, locationibus, & concessionibus quibuscumque privatis, & inhabiles ad actus legitimos exercendos nunciemus, & declaramus. Necnon Civitates, Terras, Castra, & loca praedictae Camerae Apostolicae ex certa scientia, & potestatis plenitudine similibus confiscamus, incorporamus, applicamus, & appropriamus, ac confiscata, incorporata, applicata, & appropriata esse volumus. Sicque contravenientes pro rebellibus ejusdem Romanae Ecclesiae haberi, & censeri debere volumus, eorum subditos, ac vassallos, ac etiam Civitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum praedictorum Castellanos a quocumque fidelitatis juramento, quo si ipsi essent quomodolibet adstricti, penitus absolventes. Civitates quoque, Terras, Castra, & loca praedicta, si ad ejusdem Romanae Ecclesiae obedientiam se non reduxerint, & etiam quorumcumque eis consilium, auxilium, vel favorem quovis modo, directe, vel indirecte, publice, vel occulte praestantium, etiam quacumque, ecclesiastica, vel mundana praesulgeant dignitate, & excellentia, ut praesertur, quos hanc constitutionem declinare contigerit, Ecclesiastico subiacentes interdito, tamdiu firmiter observando, donec ibidem fuerint, & per triduum post eorum inde discessum.

Clausulae derogatoria.

Dat. P. An. I. die 1. April.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, &c. Ut autem praesentes, &c. Nulli ergo, &c. Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, Kalendis Aprilis Pontificatus nostri Anno I.